

in choro prefate ecclesie nostre strengenensis. tenere per dimidium annum tantummodo consueuerunt. canonici qui in eorum vel alicuius eorum locum fuerint subrogati. ad tenendum pro se vicarium in predicta nostra Ecclesia strengenensi. per annum integrum. sunt astricti. Jtem ex communi consensu tocus capituli nostri. statuimus. vt cum aliquas prebendas canonicales. in ecclesia nostra vacare contigerit. easdem antiquiores canonici gradatim vberiores prebendas. si voluerint. cum vacant. per se. vel procuratorem. ad hoc speciale mandatum habentem. optandi. infra tempus a jure statutum. liberam habeant facultatem. In quorum statutorum nostrorum perpetuum robur. sigilla. nostrum et capituli nostri. presentibus sunt appensa. Datum et actum. apud ecclesiam nostram strengenensem sepedictam. Anno domini Millesimo tricentesimo quadragesimo quarto. In crastino assumptionis beate marie.

Sigillen, Biskopens och Kapitlets, båda enkla, skadade.

**3821.**

**1344 d. 19 Aug.**

INGEMUND frisäger hustru Ramfrid i Thresta från alla skulder i anledning af dem emellan uppgjorda byten och andra afhandlingar.

Orig. på perg. i Grefl. Bondeska Arch. på Säfstaholm.

Omnibus presens scriptum cernentibus Ingimundus salutem in domino sempiternam Nouerint vniuersi me discretam matronam ramfridim in prestum de debitis omnibus in domibus terris aliisque singulis si qua fuerint ratione obuencionis permutacionis seu juridicionis inter nos prouocanda viuo vocis oraculo liberam et quittatam veraciter reddidisse, Per presentes promittendo ipsam per me vel heredes meos in nominati debiti persolucionem seu defalcacionem, vltorius nequaquam prouocandam, In cuius rei euidentiam sigilla discretorum virorum domini siggonis magnusson ac domini nicholai curati in hosaby presentibus peto apponenda Datum anno domini M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>C<sup>o</sup>XL<sup>o</sup> quarto die jouis ante octabas assumptionis(!) beate virginis.

*På fränsidan:* Fellaby.

Sigillen borta, remsorna kvar.

**3822.**

**1344 d. 22 Aug.**

**Linköping.**

BIRGITTA BIRGERSDOTTER och hennes svåger (måg?) EGGARD bortbyta 1½ åtting i Myklaby till Linköpings domkyrka mot gods i Egbyborna, hvarpå fasta gifves.

Orig. på perg. i Sv. Riks Arch.

Omnibus presens scriptum Cernentibus. Byrghitta byrgerssdoter. et æggardus gener suus. salutem in domino sempiternam. Nouerint vniuersi. quod  
predia

predia nostra in villa Myklæby sita, videlicet vnum attongum cum dimidio. cum omnibus ipsorum pertinenciis dimisimus et apropiuimus ecclesie lynco-pensi. Predia ipsius ecclesie in Egby borne sita quantacumque sint pro nobis et heredibus nostris recipientes Titulo permutacionis pro eisdem. Cum fæstis legitimis hinc inde receptis. secundum terre consuetudinem pro lege diucius obseruatam, Huic autem permutacioni presentes interfuerunt. byrgerus skanin-gensis. Nicholaus stangh, cum aliis pluribus tam clericis quam laicis fidedig-nis. Ne igitur huiusmodi permutacionem heredes nostri, predicti seu quiuvis alii, jnfringere valeant vel cassare. Nos ad maiorem futurorum certitudinem. presentes litteras sigillorum nostrorum munimine, Jn testimonium premissor-um duximus roborandas. Datum et actum jn sacristia maioris ecclesie lyn-copensis. Anno domini Millesimo. CCC<sup>o</sup>. XL<sup>o</sup> quarto. Jn octaua assumptionis beate Marie.

Sigillen borta, remsorna qvar.

**3823.**

**1344 d. 22 Aug.**

**Warberg.**

GOTTSKALK af Byene och en annan person frikalla Israel Birgersson från de förbindelser han iklädt sig såsom löftesman för betalningen af den till Skånes inlösen bestämda summan.

Joh. Magni, Hist. Metropol. Eccl. Upsal. p. 81. \*)

Omnibus presens scriptum cernentibus [-----] de Byene, et Godscal-cus de Byene salutem in domino sempiternam. Tenore presentium constare volumus omnibus euidenter, nos virum nobilem Israelem Birgeron presentium exhibitorem, qui pro censu per dominum regem Suecie pro emptione terre Scanie ex promisso nobis obses extitit deputatus ab eadem obsessione, et omni sponsione nobis et aliis pro eadem per eum facta liberum penitus dimisisse, ita quod nos vel heredes nostri, seu etiam alii, quibus promiserat, vel eorum heredes eundem Israelem, vel eius heredes super prenominata obsessione vel promissione pro eadem facta occasionem mouendi non habeant, modo quolibet vel vexandi, in cuius rei testimonium sigilla nostra vna cum sigillis virorum nobilium domini Gostai Melisson [o: Niclisson], et Iuari Lyderson presenti-bus sunt appensa. Datum Vardburg. anno domini 1344. in octa[ua] assump-tionis diue virginis.

\*) Hvarifrån Johannes Magnus hemtat detta bref är icke angifvet.